

Argumentum ex loco: Römische Topographie in rhetorischer Strategie

1 Das dilemma des C. Gracchus

1a Cic.de orat.3,214 (*actio*)

Quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meministi, quod me puero tanto opere ferretur? 'Quo me miser conferam? Quo vertam? In Capitolium? At fratri sanguine madet. An domum? Matremne ut miseram lamentantem videam et abiectam?' Quae sic ab illo esse acta constabat oculis, voce, gestu, inimici ut lacrimas tenere non possent.

1b Quint.inst.11,3,114f (*actio*)

(114) Manus sinistra numquam sola gestum recte facit: dextrae se frequenter accommodat, ... (115) ... sive aliqua demonstratione aut invocatione protendimus: 'vos Albani tumuli atque luci', aut Graccanum illud: 'Quo me miser conferam? In Capitolium? Ad fratri sanguinem? An domum?'

2 Liv.6,20: M. Manlius Capitolinus: *locus et religio*

2a (9) (Dicitur) identidem Capitolium spectans Iovem deosque alios devocasse ad auxilium fortunarum suarum precatusque esse, ut, quam mentem sibi Capitolinam arcem protegenti ad salutem populi Romani dedissent, eam populo Romano in suo discrimine darent, et orasse singulos universosque, ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad deos immortales versi de se iudicarent

(10) In campo Martio cum centuriatim populus citaretur et reus ad Capitolium manus tendens ab hominibus ad deos preces avertisset, apparuit tribunis, nisi oculos quoque hominum liberassent tanti memoria decoris, numquam fore in praecipuis beneficio animis vero criminis locum.

(11) Ita predicta die in Petelimum lucum extra portam Flumentanam, unde conspectus in Capitolium non esset, concilium populi indictum est. Ibi crimen valuit et obstinati animis triste iudicium invisumque etiam iudicibus factum.

2b (5) Damnandi mora plebi non in causa, sed in loco fuerit.

3 Cic.Catil.3,20-22: *signum Iovis*

3a (20) Iusserunt simulacrum Iovis facere maius et in excelso conlocare et contra atque antea fuerat ad orientem convertere; ac se sperare dixerunt, si illud signum quod videtis solis ortum et forum curiamque consiperet, fore ut ea consilia quae clam essent inita contra salutem urbis atque imperii inlustrarentur ut a senatu populoque Romano perspici possent.

3b (20) Atque illud signum conlocandum consules illi locaverunt; sed tanta fuit operis tarditas ut neque superioribus consulibus neque nobis ante hodiernum diem conlocaretur.

(21) Illud vero nonne ita praesens est ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse videatur, ut, cum hodierno die mane per forum meo iussu et coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur? Quo conlocato atque ad vos senatumque converso omnia et senatus et vos quae erant contra salutem omnium cogitata inlustrata et patefacta vidistis.

3c (22) Quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam et non sim ferendus: ille, ille Jupiter restitit; ille Capitolium, ille haec templa, ille cunctam urbem, ille vos omnis salvos esse voluit.

4 Quint.inst.5,11,42 (*deorum auctoritas*)

Ponitur a quibusdam ... deorum auctoritas, quae est ex responsis. ... Utitur eo Cicero ... et in contione contra Catilinam, cum signum Iovis columnae impositum populo ostendit.

5 Cic.Catil.3,18 (Einleitung): Lenkung durch die Götter

Quamquam haec omnia, Quirites, ita sunt a me administrata ut deorum immortalium nutu atque consilio et gesta et provisa esse videantur. Idque cum conjectura consequi possumus, quod vix videtur humani consili tantarum rerum gubernatio esse potuisse, tum vero ita praesentes his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt ut eos paene oculis videre possimus.

6 Cic.div.2,47; cf. 1,20-21: Ciceros Skepsis

'At eodem tempore signum Iovis conlocabatur, quo coniuratio indicabatur'. Et tu scilicet mavis numine deorum id factum quam casu arbitrari, et redemptor, qui columnam illam de Cotta et de Torquato conduxerat faciendam, non inertia aut inopia tardior fuit, sed a deis immortalibus ad istam horam reservatus est.

7 Cic.Verr.II,5,169-170: Kreuzigung des Gavius

7a (169) ... te idcirco illum locum deligere, ut ille, quoniam se civem Romanum esse diceret, ex cruce Italiam cernere ac domum suam prospicere posset? Itaque illa crux sola, iudices, post conditam Messanam illo in loco fixa est. Italiae conspectus ad eam rem ab isto delectus est, ut ille in dolore cruciatuque moriens perangusto fretu divisa servitutis ac libertatis iura cognosceret, Italia autem alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio adfixum yideret.

(170) Facinus est vincire civem Romanum, scelus verberare, prope parricidium necare: quid dicam in cruce tollere? Verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Non fuit his omnibus iste contentus; ‘spectet’ inquit, ‘patriam; in conspectu legum libertatisque moriatur’....

7b Iam vero videte hominis audaciam! Nonne eum graviter tulisse arbitramini quod illam civibus Romanis cruce non posset in foro, non in comitio, non in rostris defigere?

8 via Appia

vgl. Messallas *via Latina* Tib.2,7,57-62; Domitians *via Domitiana* Stat.silv.4,3
Diod.20,36,2; Liv.9,26,6; Liv.per.9,5; Frontin.aqu.5,1; vir.ill.34,6; Pompon.dig.I,1,2,36; CIL I 1²28.

8a Cic.Cael.34: Clodia meretrix.

Ideone ego pacem Pyrrhi diremi ut tu amorum turpissimorum cotidie foedera ferires, ideo aquam adduxi ut ea tu inceste uterere, ideo viam munivi ut eam tu alienis viris comitata celebres?

8b Prop.4,8,15-26, here 17-18: Cynthia meretrix

Appia, dic, quaeso, quantum te teste triumphum
egerit effusis per tua saxa rotis.

Prop.2,32,5-6

cur ita te Herculeum deportat esseda Tibur,

Appia cur totiens te via Lanuvium?

9 Die via Appia in the Anklagerede: Pathos

9a Quint.inst.5,10,41 (*argumenta ex loco*)

<Locus> ad commendationem quoque et invidiam valet; nam ... Miloni inter cetera objectum est quod Clodius in monumentis ab eo maiorum suorum esset occisus.

9b Cic.Mil.17-18: Ciceros Spott

(17) Intersit inter vitae dignitatem summorum atque infimorum; mors quidem inlata per scelus isdem et poenis teneatur et legibus. Nisi forte magis erit parricida, si qui consularem patrem quam si qui humilem necarit, aut eo mors atrocior erit P.Clodi quod is in monumentis maiorum suorum sit interfactus – hoc enim ab istis saepe dicitur – proinde quasi Appius ille Caecus viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinentur!

(18) Itaque in eadem ista Appia cum ornatissimum equitem Romanum P.Clodius M.Papirium occidisset, non fuit illud facinus puniendum – homo enim nobilis in suis monumentis equitem Romanum occiderat – nunc eiusdem Appiae nomen quantas tragedias excitat! Quae cruentata antea caede honesti atque innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro usurpat, postea quam latronis et parricidae sanguine imbuta est.

9c Cic.Mil.37

Haec viam Appiam, monumentum nominis sui, nece Papiri cruentavit.

9d Cic.Att.5,13,1 Ephesum venimus a.d.XI Kal.Sext. sexagesimo et quingentesimo post pugnam Bovillanam. Vgl. Att.6,1 a.E.

10 Personifizierte Gebäude, Tempel und Straßen als *testes*

10a Cic.Pis.52: Ciceros *adventus*

Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit quo in patriam redii, cum senatum egressum vidi populumque Romanum universum, cum mihi ipsa Roma prope convolsa sedibus suis ad complectendum conservatorem suum progrexi visa est. Quae me ita accepit ut non modo omnium generum, aetatum, ordinum omnes viri ac mulieres omnis fortunae ac loci, sed etiam moenia ipsa viderentur et tecta urbis ac tempora laetari.

10b Sest.128: Ciceros *absentia* während seiner Verbannung

Quem curia magis requisivit, quem forum luxit? Quem aequo ipsa tribunalia desideraverunt?

10c Cic.Sull.86: Vertrauenswürdigkeit von Ciceros Zeugnis

Quam ob rem vos, di patrii ac penates, ... qui haec tecta atque tempora me consule vestro numine auxilioque servastis, ... testor.

10d Cic.Scaur.46-47; Ascon.Cic.Scaur.46: Die Verdienste der Vorfahren des Scaurus

(46) Undique mihi suppeditat quod pro M.Scauro dicam, quocumque non modo mens verum etiam oculi inciderunt. Curia illa vos de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur, L. ipse Metellus, avus huis, santissimos deos illo constituisse templo videtur in vestro conspectu, iudices, ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur, quod ipsi saepe multis laborantibus atque implorantibus ope sua subvenissent. (47) Capitolium illud templis tribus inlustratum, paternis atque etiam huius amplissimis donis ornati aditus Iovis Optimus Maximus, Iunonis Reginae, Minervae M.Scaurum apud ...

(Ascon Cic.Scaur.46) Castoris et Pollucis templum Metellus quem nominat refecerat.

10e Cic.Verr.II,5,184-188 (cf. II,1,129; 154): Verres' sacrilegia

Nunc te, Iuppiter Optime Maxime, cuius iste donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio atque ista arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum ab regibus, tibi dicatum atque promissum, per nefarium scelus de manibus regiis extorsit, ... teque, Iuno Regina, ... teque, Minerva, (184) ... vosque, omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum iudiciorumque arbitri et testes celeberrimo in loco populi Romani locati, Castor et Pollux, quorum e templo quaestum iste sibi et praedam improbissimam comparavit, omnesque di qui vehiculis tensarum sollemnis coetus ludorum invisitis, quorum iter iste ad suum quaestum, non ad religionum dignitatem faciendum exigendumque curavit (186), ... imploro et obtistor.

Aufbau der Rede *Pro Milone*

1-6	prooemium
7-23	ante causam
12-23	praeiudicia
	12-14 senatus consultum
	15-23 lex Pompeia de vi
24-31	narratio
32-71	argumentatio (faktisch) Notwehr
	53 ex loco
72-91	extra causam (hypothetisch) Befreiung vom Tyrannen
	83-91 ('faktisch') Rettung Roms durch die Götter, Rächer der Frevel des Clodius
92-105	peroratio

11 Neutralisierung der *via Appia* durch Einbindung in juristische Formulierung; Gegengewicht *curia*

11a Cic.Mil.13-14 (der Senat mit Cicero)

(13) Cur igitur incendium curiae, oppugnationem aedium M.Lepidi, caedem hanc ipsam contra rem publicam senatus factam esse decrevit? ...

(14) decrevi, cum caedem in via Appia factam esse constaret, ...

11b Ascon.Cic.Mil.14

Acta etiam totius illius temporis persecutus sum; in quibus cognovi pridie Kal.Mart. S.C. esse factum, P.Clodi caede, et incendium Curiae et oppugnationem aedium M.Lepidi contra rem p. factam.

11c Cic.Mil.15 (Pompeius)

tulit enim (rogationem *scil.*) de caede quae in Appia via facta esset, in qua P.Clodius occisus esset.

11d Cic.Mil.57 (Zeugenaussage)

... occisum esse a servis Milonis in Appia via P.Clodium confiteri.

12 Cic.Mil.18-19: Attentat auf Pompeius: *aedes Castoris*

(18) Comprehensus est in templo Castoris servus P.Clodi, quem ille ad Cn.Pompeium interficiendum conlocarat.

(19) Insidiator erat in foro conlocatus atque in vestibulo ipso senatus.

13: Quintilians Bewunderung für die Apostrophe Cic.Mil.85

13a Quint.inst.9,2,38: als Illustration für Apostrophe

... aversus quoque a iudice sermo, qui dicitur ἀποστροφή, mire movet, ... sive ad invocationem aliquam convertimur: 'vos enim iam ego, Albani tumuli atque luci'.

13b Quint.inst.11,1,34: als Illustration für Sprachgewalt und stimmlichen Ausdruck

... etiam illa, quamquam plena sanguinis: 'vos enim iam, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, inploro atque testor, vosque Albanorum obrutae aerae, sacrorum populi Romani sociae et aequales' non convenient barbae illi atque tristitia.

13c Quint.inst.11,3,115: als Illustration für eine Anrufung begleitende Gestik
<Sinistram et dextram manum scil.> sive aliqua demonstratione aut invocatione protendimus: ‘vos Albani tumuli atque luci’.

13d, e Quint.inst.11,3,167 and 172: als Illustration für Stimmhöhe (*pronuntiatio*) bei gleichzeitiger Zurückhaltung hinsichtlich Stimmstärke in der *argumentatio*
Pleniore tamen haec canali fluunt: ‘vos, Albani tumuli atque luci’.

Quare, etiam si est in illis quoque cantus obscurior ... ‘vos Albani tumuli’ neque enim, quasi inclamaret aut testaretur, locutus est.

Quint.inst.12,10,62: als Illustration für *genus grande* zusammen mit weiteren Beispielen von Dramatisierung aus Cicero

Hic deos ipsos in congressum prope suum sermonemque deducet: ‘vos enim iam ego, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, Albanorum obrutae aerae, sacrorum populi Romani sociae et aequales’.

14 Cic.Mil.85-86: Die Rache der Götter

(85) Non est humano consilio, ne mediocri quidem, iudices, deorum immortalium cura res illa perfecta. Regiones me hercule ipsae, quae illam beluam cadere viderunt, commosse se videntur et ius in illo suum retinuisse. Vos enim iam, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque testor, vosque, Albanorum obrutae aerae, sacrorum populi Romani sociae et aequales, quas ille praeceps amentia caesis prostratisque sanctissimis lucis subtractionum insanis molibus oppresserat; vestrae tum religiones viguerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat; tuque ex tuo edito monte Latiari, sancte Iupiter, cuius ille lacus, nemora finisque saepe omni nefario stupro et scelere macularat, aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti: vobis illae, vobis vestro in conspectu serae, sed iustae tamen et debitae poenae solutae sunt.

(86) Nisi forte hoc etiam casu factum esse dicemus ut ante ipsum sacrarium Bonae deae, quod est in fundo T.Serti Galli, in primis honesti et ornati adulescentis, ante ipsam, inquam, Bonam deam, cum proelium commisisset, primum illud volnus acciperet quo taeterrimam mortem obiret, ut non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignem poenam reservatus. Nec vero non eadem ira deorum hanc satellitibus iniecit amentiam ut sine imaginibus, sine cantu atque ludis, sine exsequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, oblitus cruento et luto, spoliatus illius supremi diei celebritate cui cedere inimici etiam solent ambureretur abiectus. Non fuisse credo fas clarissimorum virorum formas illi taeterrimo parricidae aliquid decoris adferre, neque ullo in loco potius mortem eius lacerari quam in quo esset vita damnata.

15 Emotionale Wirkungs- und Symbolkraft des alten *curia*-Gebäudes

15a Ascon.Cic.Mil.arg. p.33,16-20 Clark

Incendium curiae maiorem aliquanto indignationem civitatis moverat quam imperfectio Clodi. Itaque Milo, quem opinio fuerat ivisse in voluntarium exsilium, invidia adversariorum recreatus nocte ea redierat Romam qua incensa erat curia. Petebatque nihil deterritus consulatum.

15b Cic.fin.5,2


equidem etiam curiam nostram – Hostiliam dico, non hanc novam, quae minor mihi esse videtur, posteaquam est maior – solebam intuens Scipionem, Catonem, Laelium, nostrum vero in primis avum cogitare; tanta vis admonitionis inest in locis, ut non sine causa ex iis memoriae ducta sit disciplina.

16 Cic.Mil.90-91: *incendium curiae* gegen *via Appia*

(90) An ille praetor, ille vero consul, si modo haec tempa atque ipsa moenia stare eo *vivo* tam diu et consulatum eius exspectare potuissent, ille denique *vivus* mali nihil fecisset cui *mortuo* unus ex suis satellitibus curiam incenderit? Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consili publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam uni ordini, inflammari, exscindi, funestari, neque id fieri a multitudine imperita, quamquam esset miserum id ipsum, sed ab uno? Qui cum tantum ausus sit ustori pro *mortuo*, quid signifer pro *vivo* non esset ausurus? In curiam potissimum abiecit, ut eam *mortuus* incenderet quam *vivus* everterat.


(91) Et sunt, qui de via Appia querantur, taceant de curia, et qui ab eo spirante forum putent potuisse defendi, cuius non restiterit cadaveri curia? Excitate, excitate ipsum, si potestis, a *mortuis*: frangetis impetum vivi, cuius vix sustinetis furias insepulti? Nisi vero sustinuistis eos, qui cum facibus ad curiam concurrerunt, cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitaverunt.

Aedes Castoris vgl. Cic.Verr.II,1,129ff; 154



The Forum in 53 b.c. Based on the hypothetical plan of the Forum in J.M. David, *Le patronat judiciaire au dernier siècle de la République romaine* (Rome: École française de Rome, 1992). It should be stressed that there are numerous uncertainties as to the location or identity of many of the buildings. Plan adapted by kind permission of J.M. David. Drawn by Jenny Graham.

From: F.Millar, The Crowd in Rome and the Late Republic, Ann Arbor 1998, p. 40



Nürnberg Prozesse



Auschwitzprozess



Bundesverfassungsgericht, Karlsruhe



Filmszene aus: *Zeugin der Anklage* (1957)






Fig. 2. The Center of Republican Rome, showing the Capitoline Hill, the Velia, and the Forum valley. The plan illustrates the positions of key monuments as they might have existed in 63 B.C.

From: A. Vasaly, Representations. Images of the World in Ciceronian Oratory, Berkeley/

Los Angeles/London 1993, p. 44




Das Forum Romanum in der Kaiserzeit




*Das Stadtzentrum mit den öffentlichen Bauten
in augusteischer Zeit (Zeichnung: L. Cozza)*

From: F. Coarelli, Rom. Ein archäologischer Führer, Freiburg / Basel / Wien 1975 (ital. 1974), p. 38




Das Forum Romanum in der Kaiserzeit



Straße von Messina




Straße von Messina, Satellitenbild




The Forum in 53 B.C. Based on the hypothetical plan of the Forum in J.M. David, *Le patronat judiciaire au dernier siècle de la République romaine* (Rome: École française de Rome, 1992). It should be stressed that there are numerous uncertainties as to the location or identity of many of the buildings. Plan adapted by kind permission of J.M. David. Drawn by Jenny Graham.

From: F.Millar, The Crowd in Rome and the Late Republic, Ann Arbor 1998, p. 40




J.Quémener, Cicéron, Pro Milone, Paris 1972,2




The Forum in 53 b.c. Based on the hypothetical plan of the Forum in J.M. David, *Le patronat judiciaire au dernier siècle de la République romaine* (Rome: École française de Rome, 1992). It should be stressed that there are numerous uncertainties as to the location or identity of many of the buildings. Plan adapted by kind permission of J.M. David. Drawn by Jenny Graham.

From: F.Millar, *The Crowd in Rome and the Late Republic*, Ann Arbor 1998, p. 40

Stammtafel der patricischen Claudier.*)







From: K.-J.Hölkeskamp, Capitol, Comitium und Forum. Öffentliche Räume, sakrale Topographie und Erinnerungslandschaften der römischen Republik, in: S.Faller (ed.), Studien zu antiken Identitäten, Würzburg 2001, 97-132, p. 115, after J.E.Stambaugh, The Ancient Roman City, Baltimore 1988, p. 112.

Aufbau der Rede Pro Milone

- 1-6 *prooemium*
- 7-23 *ante causam*
- 1 2-22 *praeiudicia*
 - 12-14 *senatus consultum*
 - 15-22 *lex Pompeia de vi*
- 23-30 *narratio*
- 32-71 *argumentatio* (faktisch: Selbstverteidigung)
 - 32-35 *a causa: cui bono?*
 - 36-43 *a persona: de vita ac moribus*
 - 44-52 *a tempore (et loco)*
 - 53-55 *a loco*
 - 55b-56 *a modo, ab eventu*
 - 57-71 *a consequentibus*
- 65-71 *praeiudicium*: Pompeius' Furcht vor Milo
- 72-91 *extra causam* (hypothetisch: Befreiung vom Tyrannen)
 - 72-83 Clodius' Tod war im Staatsinteresse: Clodius' *scelera*, Milo's *meritum*
 - 83-91 ('faktisch': Rettung Roms durch die Götter)
Clodius' *sacrilegia* und *poena*, Milo als Instrument der Rache der Götter
- 92-105 *peroratio*: Milo, der Stoker und Quasi-Gladiator, ungerührt, Ciceros *miseratio*




J.Quémener, Cicéron, Pro Milone, Paris 1972,2




Die Albaner Berge

(vom Gianicolo in Rom aus gesehen)



The Forum in 53 b.c. Based on the hypothetical plan of the Forum in J.M. David, *Le patronat judiciaire au dernier siècle de la République romaine* (Rome: École française de Rome, 1992). It should be stressed that there are numerous uncertainties as to the location or identity of many of the buildings. Plan adapted by kind permission of J.M. David. Drawn by Jenny Graham.

From: F.Millar, The Crowd in Rome and the Late Republic, Ann Arbor 1998, p. 40



From: C.Neumeister, Das antike Rom. Ein literarischer Stadtführer, München 1997, p. 73